13025

consisten nunc habitorum et in post favente divina clementia habendo-
rum ad extrema vitae suae tempora inscribunt et concedunt tali modo
Quod si prius de hac luce Deo volente Nobilem Joannem Brzlisilnea
ipsam Modernam Conthoralem eius Nobilem Helizabeth Zagorska decedere
contigerit, Ex tunc ipsa bona eius Omnia Mobilia et immobilia Vbi-
cunque locorum consisten super ipsum Maritum suum modo quovis ac vis
titulo concernen cum Vniversis attinentiis generaliter Omnibus ac in specie
singulis vtilibus fructibus proventibus Nullis exceptis vnice Advitalitio
tenebit et possidebit ac illis vsque ad extrema Vitae suae tempora
Vtifruetur. Post mortem vero ipsius bona eadem Omnia in Successores
eiusdem Mariti sui devoluentur. Simili etiam Modo si prius
ipsam Nobilem Helizabeth Zagorska quam Memoratum Joannem
Brzlisilnea Maritum eius Mori contigerit. Ex tunc ipse bona
eius Omnia Mobilia et immobilia Vbicunque locorum Consisten sum-
masque pecuniarias eandem Conthoralem suam quovis modo et iure titulo
concernen quaecunque morte Illius interveniente derelicta fuerint
tenebit habebit possidebit illisque ad extrema vitae suae tempora
Vtifruetur. Post decessum vero ipsius bona eadem Omnia in Suc-
cessores eiusdem Conthoralis suae absque quavis contradictione Suc-
cessorum ipsius devolui debent.

Baykowski Debitum.

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitaneal Bransken personaliter comparens Nobilis
Joannes olim Michaelis Baykowski de Bayki filius Sanus mente et corpo-
re existens palam publice ac libere recognovit Quia Nobili Jacobo olim
Stanislai Baykowski et ipsius Successoribus Respective ex sinceritate dotis
post Nobilem Zophiam Baykowska filiam suam concessae Tenetur estque
debitor certi veri et liquidi debiti Mutuatique pecuniae Summam Ducento-
rum Florenorum Polon: tum et Septem Supensarum Muliebrum brevium
alias Zaledy gorbiniowy krilpily pro ... Quam quidem Summam du-
et Septem suprascriptos recognoscens submittit ac se de Omnibus bonis cum
Successoribus suis inscribit Memorato creditori suo suisque posteris hinc
pro Dominica Invocavit Quadragesimali proxime Ventura solvere et
restituere aut circa Acta Officii praesentis reponere et relinquere repositam
tamque et reponitam rursus ad se non recipere Nec modo quovis arrestare
aut assecurare sub Vadio Simili aliorum Ducentorum Florenorum Polon
in defectu solutionis pro termino praefixo ad solvendum irremissibiliter
succumbendo. Et Coram officio praesenti Castren Bransken in primo Citationis
Termino peremptorio responsione Citatione ac remediis se vti abscribendo.